Jeſu fili David. Hujus dicit filium, qui fuit valde pius & miſericors: filii debent tenere, & imitari ſuorum parentum virtutes. c 7.n.67.68.69. pag.165

Miſerere mei. Non ait miſerere, filiæ meæ, ſed *miſerere mei*, quia bonus pater familias, ac Prælatus ſuorum labores proprios reputat. cap.18. n.154.155.& c. 10.q.4.n.22.23. p. 248

Miſerere mei. Clamat, & orat. Oratio omnia impetrat. Vide in ſymbolario verb. Oratio.

Non ſum miſſus. Quamvis illa repulſa, adhuc non deſiſtit, ſed adhuc fortiter inſtat, & perſeverat c.2.n 294.295. p. 77

Non ſum miſſus, niſi ad oves Iſrael, cum ipſe ſit etiam miſſus ad gentes Zach. 2. n. 8. Dicitur autem ad illas miſſus per ſuos Apoſtolos. Chriſtus idem cum ſuis miniſtris. cap. 9.num.64.65. pag.222

Etiam catelli. Mulier de fide venit ad orationem, & de oratione ad perſeverantiam, nunc etiam de perſeverantia ad humilitatem. Semper juſtus de una virtute tendit ad aliam, & ſemper creſcit.

O mulier! magna eſt fides tua. Quod nec oratio, nec perſeverantia, ac humilitas obtinent, fides aſſequitur, quæ eſt efficaciſſima ad impetrandum.c.2.n.97 98.99. p 193

Feria 6. à Dominica 1.

Joan. 1.

HEbraice *Bethſaida*, id eſt domus miſericordiæ, quam Deus maximè oſtendebat cum miſeris in ea jacentibus: nomen loci à beneficio accepti. c.13.n.27. 28.29. p. 103

Spectantium aquæ motum. Ubi eſt firma ſpes in Deo omnia obtinentur.c. 24.n.45.46.47. p. 411

Angelus Domini deſcendebat, & unus ſanabatur; at Chriſti dona in omnes ſe diffundunt, omneſque ſanant.c. 3. n 76.77. p. 90

Angelus Domini. Angeli propenſi, & maximè ſoliciti pro hominibus. c.10. n.36.37 38. &. c 12 n.115. 116 p.250.295

Qui prior deſcendebat: Ad noſtram ſalutem requiritur noſtra operatio. c.2.n.182. p. 62

Vis ſanus fieri. Agebatur non ſolum de ſalute corporis, ſed etiam animæ, quæ non fit niſi interventu voluntatis. c. 7. n. 114. p.167

Hominem non habeo. Ille valde miſer, qui patronum, ac auxiliatorem non habet. c. 4. n. 32.33. 34. p. 103

Tolle grabatum tuum. Qui à peccato exurgit, ſemper ſecum fert pœnalitates, & onera.c.5. n.125. 126.127. p.133

Et ambula. De una virtute progrediendum in aliam.c.4.n.128.129 p. 114

Sabbatho à Dominica I. Ut in Dominica ſequenti Dominica II.

Matth. 17.

ASſumpſit *Jeſus Petrum, & Jacobum.* Aſſumpſit Jeſus cognatos, & conſanguineos Jacobum Joannem, & Petrum extraneum, & hunc in primo loco. Dona Dei ad omnes ſe communicant, & extendunt. c. 3. n. 76. 77. & c. 5. n. 12. p. 90. 120

Duxit illos in montem. David dicebat; *quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montes.* David montes quærebat; Chriſtus montem, quia in ſuis maximè vult viſionem. c. 1. n.208. 209. & c. 4. n 139. p.29. 116

Tranſfiguratus eſt. Non dicitur ſe transfiguravit, ſed paſſivè *transfiguratus eſt.* Humilis, & dignus non quærunt dignitates, ſed ipſæ eos quærunt c. 10. n. 179. 180.

Hic eſt filius meus dilectus ipſum audite: quæ vox etiam ſonuit in Jordane, non tamen auditum eſt, ut modo *ipſum audite*, quia modo apparebat in magna gloria, qua omnes convocabat ad ipſum audiendum. cap. 8. num. 68. 69 p.201.

Apparuerunt cum eo Moyſes, & Elias. Lucas addit: Viſi in majeſtate. Deus ſuos ſervos, ac miniſtros maximè extollit, ac facit venerabiles cap. 20. num. 75. 76. 77. & cap. 1. num. 258. 259 pag. 378. 35.

Viſi in majeſtate. Chriſtus in transfiguratione ſibi aſſumit gloriam, quam etiam ſuis ſervis communicat. c. 1. n 115 quod nullo modo faciunt homines. c. 1. n. 243. 244. 245. p. 18. 34

Reſplenduit facies ejus ut Sol. De ſponſa dicitur in Cant. *Pulchra, ut Luna*, at Chriſtus dicitur, ut ſol, qui ex ſe habet omnem lucem divinitatis non vero, ut Luna, quæ ab alio mutuatur.c. 2. n.209. 210. 211. p.66

Nubes lucida obumbravit eos. Vide cap. 9. n. 118. & c. 2. n. 27.&.c.5. n. 34. p. 236. 44. 8.

Feria 2. à Dominica 2.

Joan. 8.

EGo *vado* per Crucem, & Paſſionem meam ad gloriam æterni Patris.cap.2.n.233.234. 235 pag. 68.

Quæretis me? Poſt Chriſtum elevatum in cœlum tot, tantiſque miraculis viſis, Judæi & non quieſcunt, ſed perfidè alium Meſſiam quærunt Invidia nullis miraculis frangitur. c. 5. n. 119. 120. p.132

In peccatis veſtris moriemini, ut illis implicati æternas pœnas patiemini. c. 5. n.125 126. 127. pag. 132.

Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Summa hominis miſeria inter fontes ſalutis oblatos perire. c. 7. n. 309. 310. p. 189

Quo ego vado, vos non poteſtis venire. Et ideo in peccato veſtro moriemini; & ideo, qui recedunt à Jeſu in omne malum incidunt, cujus præſentia affert ſecum omne bonum.c.17.n.104. 105. 106. p. 257

Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum. Chriſti Paſſio maximè manifeſtat ejus divinitatem.c.2.n.253.254 255.& cap. 20. n.8. p. 71. 372

Feria 3. à Dominica 2.

Matth. 23.

SUper *cathedram Moyſis ſederunt Scribæ.* Valde abominabile ſedere in cathedra, & non facere fructum illius. cap. 23. num. 15. 16. 17. pag.399

Super cathedram Moyſis. Quia, ut ait D. Chryſoſt. apud D. Thom. locus non ſanctificat hominem, ſed homo locum. Dignitas ſine meritis non eſt ad honorem. cap. 1. num. 276. 277. 278. pag.36

Dicunt, & non faciunt. Quod valde alienum eſt à prædicatore pleno charitate & amore Dei. c 2. q.14. p. 57

Alligant onera, & digito nolunt movere illa. Arguuntur Prælati, qui ſibi indulgent, & ſubditos premunt.c.7. c.254 255. p.184

Dicunt, & non faciunt. Obliviſcentes ſui muneris cui ante omnia ſatisfaciendum eſt.c.20.n.68. 69. 70. Verba operibus conjungenda. c.8. n.68.69. p.377.201

Ut videantur ab hominibus, dilatant phylacteria. Oſtendunt ſuam virtutem in veſtibus, non vero in operibus. c.6. n.113.114.115. p.153

Feria 4. à Dominica 2.

Matth. 20.

ACceſſit *mater filiorum Zebedei.* Audivit Chriſtum diſſerentem de ſua morte, ac reſurrectione, quæ certo ſciebat eſſe ad majorem promotionem ſuorum.c.1.n.117.& c.2.n.314.316. p.15.79.

Adorans, & petens. Ambiens officia omne vile adorat, & veneratur. c. 16. num.66 67.68.69. p.336.

Unus ad dexteram, alter ad ſiniſtram. Ita ut majora majoribus, minora minoribus dentur. c.6.n. 16 p.143

Unus ad dexteram, alter ad ſiniſtram. Quis ex filiis ſit ad dexteram, vel ſiniſtram non determinat. Valde periculoſum dividere honores. c. 6.n. 10. 11

Non eſt meum dare vobis. Dignitates non ex voluntate, ſed ex meritis conferuntur. c.4. n. 14. 15. 16.& c.7.n.168. p.101. 177

Quem ego bibiturus ſum. Paſſionem Chriſti conſideret, omnis noſtra ſuavitas.cap.7.n.280.281. 282. pag.189

Feria 5. à Dominica 2.

Luc. 16.

ERat *quidam dives.* Summa miſeria, quod divitiæ, quæ multis inſerviunt ad ſalutem. huic miſero fuerunt occaſio ad ruinam. cap. 10. n.19.20.21. p.248

Epulabatur quotidie. Nullum malum hujus hominis deſcribitur, niſi quod eſſet guloſus, quod ſecum affert omnia mala c 1 n.233. p. 32

Et nemo illi dabat. In quo denotatur fames, quam Lazarus patiebatur, quæ eſt omnium graviſſimum tormentum. c.11.n 67.68 69. p.280

Vulneribus plenus. Tanta miſeria ſignum magnæ felicitatis eventæ c.7 n.38. 39. 40. p 159

Factum eſt, ut moreretur. Dives ſepultus eſt in inferno. Terrenorum affectus parat diaboli ingreſſum. c 5.n.20 p.121

Portantur ab Angelis Deus non ſinit per multum tempus ſuos juſtos laboribus opprimi, ſed ſtatim eos recreat. c. 16. num. 91. 92. 93. p.338

Vulneribus plenus. Semper labores catenatim veniuntur. c. 3. n. 13. p. 83.

Portantur ab Angelis. De miniſterio Angelorum Vide multa verb. *Angelus.*

Feria. 6. à Dominica 2.

Matth. 21.

HOmo *quidam plantavit vineam.* Cum multa & alta providentia in omnibus neceſſariis. c.2. n. 12.13.14.15. p.42

Sepem circumdedit ei. Id eſt, cuſtodia Angelorum. Vide verb. *Angelus*; vel circumdedit gratia, & auxilio ſuo.c 14.n.6 . 9. p. 319

Fudit in ea torcular. Id eſt, Sanctorum Prophetarum preſſus multis laboribus, quibus maximè fœdatur Eccleſia. c.4. n. 18. 19. & c. 17. n. 67. 68 69. p. 101. 349

Locavit eam agricolis. Non uni, ſed pluribus quibus Dei dona communicantur. c.2. n. 314. 315. p.79

Locavit eam agricolis. Ut ex ſuis operibus mercedem, & fructum recipiant. cap.1. num.130.131. p.20

Cum autem appropinquaſſet tempus fructuum. Scient miniſtri, quod de bonis acceptis reddituri ſunt rationem.c.1.n.167.168. p. 24

At illi ſervos occiderunt. Qui ſimiles fuerunt in delicto, ſimiles in pœna c.1.num.234.235.236. pag. 32

Hic eſt hæres, filium occiderunt. A quo tanta bona acceperunt; eorum furor nullo quieſcit. c. 6. n.116.117.118. p. 153

Occiderunt eum. Et quid magis durum, quam in benefactorem inſurgere.c.9.n.7. p. 216

Auferetur vobis regnum. Peccator ſecum affert ſupplicia. c.5.n.125.126.127. p. 19

Sabbatho à Dominica 2.

Luc. 15.

HOmo *quidam habuit duos filios.* Juſti pauci, iniqui multi; aſſumpſit ſeptem ſpiritus, Luc.11.c 6.n 79.80 81. p.147

Da *mihi portionem.* Per talem affectum terrenorum paravit ſibi ingreſſum diaboli ad omne malum c.5. n.20.

Da *mihi portionem quæ me contingit.* In hoc rectè ſe habuit, quod noluit aliquid alienum, ſed tantum id, quod ad ſe pertinebat. cap 2.n.159 160.161. p.23

Vivendo luxurioſè. Luxuria vires frangit c.7. n 117. Luxuria magis dementat, quàm vinum, & ebrietas. c. 25.n.58. p.168.412

Adhæſit uni civium. Qui erat diabolus, cujus peccator fit ſervus & ſubditus.c.5.n.107. 109. 111.& c. 19 n.56. p. 131. 367

De *ſiliquis, & nemo illi dabat.* Sicut in domo patris non voluit aliquid de alieno, ſed de ſua portione, ſic in hac miſeria eandem generoſitatem retinet ut de alieno nil ſumat. c 12.n.52. 53.54. p. 288

Vidit illum pater à longe. Antequam ille loqueretur pater occurrit, & ſubvenit, ipſa miſeria ſuper omnes voces clamabat.c.9 n. 227.228. p 22. 49

Peccavi in cœlum. Quod in Deum peccaverit, facile intelligitur, ſed quomodo in cœlum? ipſum adorando honore indebito.c.7.n.222 c.1.n.276. 278. p.180. 38

Dominica III.

Luc. 11.

E*Rat Ieſus ejiciens dæmonium.* Multa inſtantia, quæ erat neceſſaria, ad remedium peccatoris, inventa erat. c.7.n.241. 182

Ejiciens dæmonium mutum, cæcum, & ſurdum, ut alii Evangeliſtæ exprimunt: Qui ſanè mala in homine cauſat, ideo rigidè exterminandus. c.1. n.46.47.48. 9

Ejiciens dæmonium. Per ſe ipſum, præſens, & aſſiſtens, ut liberaret ſubditos, laborabat. c. 5 n. 92. 93. 129

Ejiciens dæmonium. Et à quo mutus eſt? ut vanus Prælatus ab ipſa ſubditi neceſſitate. c. 9. n.246. p.242

Locutus eſt mutus. Sanctæ confeſſionis verba, quod eſt initium ſalutis. Vide multa verb. *Confeſſio.*

In Belzebuth ejicit dæmonia. Lingua maledica ex re ſancta ſemper arripit occaſionem ad maledicendum, ac calumniandum. c.2.n.149.150.151. p.58.

In Belzebuth Principe dæmoniorum. Proprium iniquorum, cum ſe vident rationibus convinci, ad opprobria, & maledictiones confugiunt. c. 4. n.90.91.92. 110

Si fortior ſupervenerit. Sunt Angeli Sancti ad noſtram cuſtodiam. c.10.n.36.37. 250

Feria II. à Dominica III.

Luc. 4.

Q*Vanta audivimus facta in Capharnaum, fac & dic in patria tua.* Chriſtus Dominus non in uno continebatur, ſed per varia loca peregrinabatur in obſequium Dei. c. 9. num.210.211. pag.238.

Fac, & dic in patria tua. Ob varios hominum affectus ac propenſiones, varii effectus producuntur. c.10.n.200.201. 202. 268

Fac in patria tua. Capharnaitæ reverenter recipiebant Chriſtum, at Patricii, & Nazarei invidia, & odio tabeſcebant in eum, & qualis homo Deo, talis Deus illi. c.7. n. 183. 184. 185. pag.175

Fac & dic. Non ſolum poſtulant opera, ſed verba: ſciebant Dei vocem eſſe efficaciem ad omnia operanda. c. 2. n.36. 45

Nemo Propheta in patria ſua. Quia invidia fratrum in fratres crudeliſſima. cap.7. n.133.134. p.170

Nemo Propheta in patria ſua. Dat Dominus rationem ob quam non facit miracula in patria ſua, quia cum ibi regnet invidia, nullis miraculis miteſcit. c.5.n.119 120. 132

Niſi ad mulierem viduam. Quia Deus ſponſus eſt viduarum, & de eis curam agit. c.6.n.13.14.15. p. 142

In Sarepta ad mulierem viduam. Et cur potius ad hanc, quam ad aliam? quia colligebat duo ligna in typo ſanctæ Crucis, ſub quo omne bonum. Vide. *Crux.*

Voluerunt præcipitare. quod diabolus non eſt auſus; miniſtri diaboli pejores diabolo. c. 14.n.7. p 313

Feria 3. à Dominica 3.

Matth. 18.

S*I peccaverit in te frater tuus, corripe eum.* Quod intelligitur dummodo ſit capax correctionis. c. 9.n.53. 216

Corripe eum. Quæ reprehenſio ſit lenis, & ſuavis. c.7.n 135.&.n.145. 170. 171

Intra te, & ipſum ſolum. Nam defectus aliorum, etiamſi videantur publici, maximè tacendi, non publicandi. c.5.n.68. 69. 70. & c. 8 n. 118. 119. 120. 126. 207

Corripe eum. Ne de uno peccato in aliud gravius ruat. c.7.n. 248. 249. p.182. & ideo peccata in initio ſunt amputanda. c.5.n. 10. 120

Lucratus es fratrem tuum. Quod eſt magnum Dei obſequium. c.2.n.146.148. 150. p. 58

Corripe eum. Non ejus culpas exaggerando, ſed potius minuendo, ut facilius trahatur. cap. 5. n. 111.112.113.114. 131

Corripe eum. Nam perfecta charitas maximè dolet de aliorum peccatis. c.20. n. 51. 52.53. 372

Adhibe duos, vel tres teſtes, & ſi te non audierit, ſit tibi ut ethnicus. Maximè damnandus peccator, qui inter probos non emendatur. c.5.n.51.p.129

Feria 4 à Dominica 3.

Matth. 15.

Q*Vare diſcipuli tui tranſgrediuntur.* Arguunt diſcipulos, quia ſciebant. quod Chriſtus volebat eſſe in multa æſtimatione, utpote miniſtros ejus. c. 1. n. 258. 259. & c. 2.n.75.76.77. p.32.50.

Quare diſcipuli tui. Iniquorum vitium in humiles, ac parvulos inſurgere, ac opprimere. c.12.n.8. & 9. 282

Quare diſcipuli tui. Iniquitas Phariſæorum, aliorum defectus manifeſtare, ac publicare. c.5.n.68. 69. 70 126

Non lavant manus. Juſti non curant de traditionibus, ac rebus inutilibus, ſed de his, quæ pertinent ad ſalutem. c.7. n. 333. p.192. Vide *Salus*

At ille reſpondet. Nullus ex Apoſtolis occurrit, & reſpondet, ſed ſolus Jeſus, nam injuria illata in ſervos Dei in ipſum Deum refunditur. c.9.n.60. 61.62 & c.13.n.42.43.44. 222

At ille reſpondet. Latè, & profundis rationibus, quia ſcandalum, ac illius occaſiones maximè evitandæ ſunt. cap. 11.n. 32 p.230.& c.16.n. 14 p.277

De corde exeunt cogitationes. Ex quibus Deus laudatur ac maximè glorificatur. c.17.n 94.95.96 p.349.

Feria 5. à Dominica 3.

Luc. 4.

S*Vrgens de Synagoga introivit in domum Simonis.* Surgit de Synagoga, in qua erat in odio & introivit in domum Simonis, in qua diligatur ſecundum noſtros affectus adeſt præſens Jeſus. c.7.n 77.78. p. 164

Socrus autem Petri tenebatur magnis febribus. In quibus D. Ambroſ. & alii denotant aliqua vitia, ut avaritia, luxuria, ob quæ vexabatur magnis febribus, quia & ſi Deus in magnis peccatoribus diſſimulet multa peccata, non ſic in juſtis quos

quos maximè vult expolire. c.8.n.118.119. 120. p. 107

Rogavernt pro ea. Benignus Deus volebat eam ſanare, ad quid expectat rogatores, ſæpè non vult dare. c.9.n. 266.267 p.244. Vide *Oratio:*

Rogaverunt pro ea. Et cur Petrus non rogat pro ea? Erat Prælatus, & non debuit apparere aliquis affectus carnis, & ſanguinis. c.7.n 200. p. 177

Sanavit eam. Deus non ſinit ſuos juſtos diu verberari, & affligi. c. 16.n.81.82. 83. p. 337

Sanavit eam. Ex eo quod quis aliquid accipit à Deo totum habet: cum ipſum accepiſſet in domo. c.2.n. 300.301. p.78

Serviens. Miniſtrabat oſtendens ſuam gratitudinem non ſolum verbis, ſed operibus. c. 3.n.69.70. p. 90

Cum occidiſſet Sol, omnes, qui habebant infirmos, adducebant illos ad eum. Quod ſine dubio ex nutu Jeſus veniebat, ut fieret beneficium, & ipſe benefactor occultaretur, quod eſt magna excellentia. c. 5.n,89. 90.91. p.128

Feria. 6. Dominica. 3.

Joan. 4.

J*Eſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic.* Ex multa. celeritate, qua properavit ad convertendam mulierem. c.8.n.17.18. p.196

Sedebat ſic. Petrus act 10. ait, quod *Ieſus pertranſit benefaciendo, & ſanando, hic vero ſedet*: in aliis ſpectabat temporalia, in Samaritana ſpiritualia, ad quod Deus maximè attendit, & ideo ſedet. c. 10.n. 211. p. 269

Venit mulier haurire aquam. Ad cujus miniſterium frequenter ſolebat mulier accedere ad puteum. Unuſquiſque trahendus ſua inclinatione. c. 7. num. 24 25. & cap. 16. num. 10. 11. 12. 13. pag. 158

Da mihi bibere. Petit parum aquæ, ut multa dona conferat: nam Deus pro parvo multum largitur. c.7. n. 47. p. 160

Da mihi bibere. Petit aquam temporalem, ut det aquam ſpiritualem, ut non ſitiat am lius in æternum, per quod fit obſequium, & beneficium recipitur. c.9 n.259. 260. 261. p. 243

Da mihi bibere. Per aquæ dulcedinem mulierem curavit. Peccatores ſuaviter ſunt abducendi. c.2. n. 72.273.274.275. p.74 & cap. 3. num. 111. 112. 113.114. p. 82. & cap.18.num. 36. 37.38. 356

Scio quia Meſſias jam venit. Etſi mulier eſſet multis luxuriis fœdata, cum haberet notitiam Scripturæ, quæ eſt utiliſſima: meruit illuminari. c. 8. n. 174. 175. 176 p. 210

Levate capita veſtra. Explicat Auguſt quia omnium ſpiritualium primitiæ offerendæ ſunt Deo. c. 2. n.6.7.8. p. 41

Mirabantur diſcipuli, quod cum muliere loqueretur. Exemplum Eccleſiaſticis, quod à mulierum colloquio fugiant. c.9. n. 274. 275. 276. p. 245.

Sabbato à Dominica. 3.

Joan. 8.

P*Errexit Ieſus in montem Oliveti.* Ut pro nobis oraret dans exemplum Prælatis, ut pro ſuis ſubditis orent. cap. 10. num. 71. 72. 73. p. 254

Deprehenſa in adulterio. Non vero adulter, ſed mulier utpote paupercula omnibus gravis, & moleſta. c.3.n.13.14. p. 83

Mulier deprehenſa in adulterio. Cur non adducitur alius criminoſus latrocinio, vel homicidio, ſed adulterio? quia luxuria inter omnia vitia maximè abominatur à Deo. c. 7. n. 44. p. 16.

Mulier deprehenſa. Cur non exprimitur ejus nomen, ut Suſannæ, Daniel. 13. quia peccator apud Deum non habet nomen. c. 9. n. 55. p. 221

Qui ſine peccato. Illi adducunt mulierem peccatricem, Chriſtus eis objicit, ſimilibus peccatoribus ſimiles pœnæ. cap. 1.num.334. 335. 336. pag. 32

Qui ſine peccato eſt. Peccator multis ſubditur miſeriis, ac inſervit, & inde nihil audet. c. 10. n. 133. 134.135. p. 26

Unus poſt unum exibat, & numquam quieſcit. c. 1. num. 36. p. 8.

Noli amplius peccare. Perſeverandum in bono opere, & in pœnitentia incæpta. cap. 2. n.244.245. pag. 70

Dominica. 4.

Joan. 6.

A*Biit Ieſus trans mare Galilææ.* Ut Phariſæorum iræ locum daret. cap.18. num.51.52 pag. 357

Abiit Ieſus. Mœſtus, & dolens de morte ſui Baptiſtæ; nam bonus Princeps vult ſuos ſervos honorabiles, & de eorum injuriis dolet. c 1.n.258. 259. p. 35

Cum ſublevaſſet oculos, & vidiſſet, quod turba multa veniret ad eum. Elevat oculos non ad diſcipulos ſedentes cum eo, ſed ad turbas fameſcentes. c. 5. n.88. p. 128

Unde ememus panes, ut maaducent hi. Solus Jeſus agit de providento pane, & nullus rogat. Optimo prælato incumbit, & ſufficit videre neceſſitatem. c. 9.n.24. p.218

Unde ememus panes. Bonus Prælatus dat doctrinam, & alimentum. c.4.n. 16. 17. p. 101

Unde ememus panes. Suprema ſapientia Dei ad conſilium vocat, ut nos diſcamus magna conſilio agere. c. 1.n.209. p. 29

Sedere facit homines, erat ibi multum fœaum Deus valde delectabiliter communicat ſua dona, ut ſuaviter trahat homines. c.13 n 56. 57. p. 307

Gratias agens. In omni opere bono Deo danda eſt gloria, ac gratiarum actio. cap. 3. n. 94. 95. 96. pag. 93

Diſtribuit diſcumbentibus. Nam panis Eccleſiaſticus fameſcentibus eſt dandus. cap. 3. n. 62.65 pag. 89

Colligite, quæ ſuperaverunt fragmenta. Dona Dei ampliſſima, & abundantiſſima. c.3.n. 76. 77. p. 90. & c. 5.n. 12. p. 120

Feria 2. à Dominica 4.

Joan. 2.

I*Nvenit in Templo vendentes, & ementes.* Ob lucrum, omne cœleſte, ac divinum contemnitur ab hominibus. c.16. n. 66. 67. 68. p. 336

Vendentes, & ementes. Res ſacras, quæ ad ſacrificia pertinebant. Valde deteſtabile ex rebus ſacris lucrum quærere. c.8.n.103. 104. p. 205